

# Biblie ianipridem reno

uate pars prima: cōpiēctēs pentateuchū: vna  
cū gloſa ordinaria: et litterali moraliqz exposi  
tione Nicolai de lyra: necnō additiōibus Bur  
gēſis: ac replicis Thoringi: nouisqz distinctio  
nibz et marginalibz ſūmaribz annotatiōibz.

Seruio Duentri B. R. P. S. P. Conferv.

**Sebastianus Brant Joanni frōben de Hammelburg Impressorię  
artis insigni chalcographo: compatri sibi longe amato Salutem.**

**R**Quod cere nauium gubernatores solent: ut maria / portus / littora / insulas / intra vna paginam colligant: unde quanti peractum / quantumq; superfit itineris ratiocinentur: Idem tibi nunc arbitror facendum sua/ uissime compater: i Biblie per te iam ex integro repetita eris exaratione. Nam cum triennio iam ferme trans-  
actor: totius diuine historie paginam (quā Bibliam vocat) sedulo ac nouiter tua chalco graphia excudere: ini-  
credibile dictu est: q̄ preclarū q̄q; accommodatissimū omnib; litterarie palestre studiosis per te prodierit opus.  
**Q**uandoquidem singula textus verba / glosulas suas taz interlineares / q̄q; marginales siue ordinarias: ita ap-  
propriate / itaq; distinctim / eadem etiam facie et aspectu / signaturis suis preferunt: vscgadeo / vt pro minimo  
(vt ita dixerim) verbulo siue dictiuncula / ne folium quidē vertere opus sit: Erat preterea videre in hoc quod  
dixi opere: suo loco et ordine doctissimi patris Nicolai de lyra / plurimū utilis concinnas tam litteralis q̄ mo-  
ralis postillatio. Et (quod plurimū / imp̄im̄os lectorem recreare potest) non desit Juris canonici: vna cum cu-  
luscunq; alterius etiam loci biblie concordantia: siue concors in margine vtrīm̄ apposita consonantia. Qz si  
media cuiusq; charte vtrolibet inspiciatur facies: mox lese offert / grandioris aliquantulz characteris textus:  
paruas qualdam litterulas / sua indicantes glosomata desuper habens. Sin vero dextre partis conspiciatur  
cornu: vt plurimū manū annotata / glosa offenditur ordinaria. Et ex eiusdem lateris parte / characteruli quidā/  
tam textu q̄ margini appositi: sibiq; inuicem correspondentes. Ex aduerso autem id est sinistrosum: nihilomi-  
nus aduertende sunt litterule prope textum vagates: Ille nempe diu patris lyrani glosas representat. Quia  
vero nonnullus ex eisdem (quas dixi) litterulis / cruce munita reperiuntur: he proculdubio moralitates lyre (pro-  
prium iam suum vendicantes locum) patefaciunt. Quo quidem in opere / etiaz illud omittere nō fuit animus:  
q̄ in fine videlicet cuiuslibet columne: signa quedam t certa verba sibijnuicem correspondentia / apposita in-  
ueniunt. Ex quibus quidem hoc signum in principio vel fine locatum: glose ordinarie cōtinuationē signi-  
ficat. Verbū vero continuationis posituz cum x rosula in fine vnius columne / quod similiter repetit in prin-  
cipio alterius concomitantis columne / cōmentariorum lyre denotat subsequentiam. X Stellula autē si quan-  
doq; occurrat: ipsi lyre moralitates aptatissimas irradiat. Addo q̄ et singularis doctrine viri magistri Bur-  
gensis ad lyram additiones / cum replicis expolitissimis magistri Matthie Thoring in fine cuiuslibet capitu-  
li subiuncte reperiunt. Qz si pp̄ter varias diuersasq; biblie interpretatiōes / textus aliquādo sibijnuicē discor-  
dat: vel aliter atq; aliter translatus reperi: continuo vtrīm̄ sibi t crucis correspōdet effigies: his adiūcte ver-  
bul; als sic: vel sic t. Multa vero ex his iam pridē q̄ te nouiter sunt vel immutata: vel elegantius innouata: q̄  
diligens lector haud grauatim notare poterit. Verum enīero tu sollers t mire opifex rerum / hoc tali t atoq;  
et tam prestantissimo nondū contentus labore: cum denuo atq; ex integro / formis excudere pristinum opus p  
posueras: t tamen adhuc aliiquid deesse tibi videretur: quod ad tam splendidi operis illustrationem accedere  
posse arbitraris: voluisti tu quidem humanissime compater: nō nihil oneris / etiam humeris nostris (tametsi  
imbecillisbus) imponere. Qz q̄ et glosas singulas perlegerem. Et ex his queq; notati digna / cum textus ipsi-  
us distinctionibus exerceperem / atq; margini annotarem / tu me solus / et quidem sedulo / exorasti. Adhibui pro  
mea virili (etia inter occupationes meas cū publicas t priuatas nō mediocres) hanc operaz petitā. Idq; eo  
libentius studiosiusq;: quo multis hunc nostrū laborem et placitum t profuturū non modo sperabam / sed t  
certo certius intelligebā. Exornat autem mirum in modum / hanc tuam repetitam impressionē: elegans ista ex-  
tensa papyrus: que et ampliores p̄ se fert margines: et oblonga lataq; exhibet frontispicia. Ceteruz mi cō  
pater exoptatissime: cura (vt facis) quo singula veluti occipisti / in fine vsc; / castigate eliminateq; pficiant. Haz  
et inde apud immortale deum / eternitatatis premiu: et ex hominibus laudem sis habiturus t honorē. Itaq;  
tua diligentia / reliqua absoluē t me ama. Ex argentina Idibus Septembribus Anno dñi. 1501.

